Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster



in arabia situ et tota terra in arabia est rubea
propter cuius rubedinem etiam crescentia ibidem in ea
excepto hominibus sunt rubea propterea ibidem aurum
optimum in modum radicum tenuissimarum reperitur
Similiter in mari rubro multe sunt insule in quibus
ligna rubea diversimode crescunt inter que spa-
lignum brusilinum quod hic brusilienholtz dicitur Mare
rubrum non est longum neque latum figura triangulari
formatum et in loco quo filii israel transierunt vix
iiii^or vel quinque miliaria est latum et in mari rubro
est quidam castrum soldani pertinens in quo no-
biles christiani captivi detinentur Et etiam ab hoc
castro custoditur ne aliquis latinus vel cismarinus
vel aliquis ab ista parte maris natus transeat in iu-
deam ne de statu et strenuitate hominum partium cis-
marinarum presbitero iohanni vel indis nil referant
vel litteras portant Nam faciliter per mare rubrum
in occeanum et indiam navigaretur si illud
castrum non obstaret Sed indi et mercatores ori-
entales transire poterunt quotiens volunt tamen scio
episcopos et dominos qui per mare rubrum presbitero iohanni semper
de omni statu partium occidentalium istarum omnia no-
va mandabant huius castri habitatores faciunt